

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema X. & XI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

rentum dicta. Id Patriarchis solenne erat. David hoc ipsum non intermittit. 1. Reg. 2. v. 3.

II. Pars.

Josephus porro non quidem mandat, ut cadaver ipsius mox postquam mortuus fuerit, transferatur in Chanaan: quia metuit ne hæc translatio fratribus aut posteris causa sit odii apud Ægyptios, & ne alia forsitan impedimenta obiciantur, &c. Sed hoc petit, ut cum aliquando sint emigraturi in Chanaan, illuc secum auferant ossa recondita in loculo. Quod & factum legimus Exodi 13. v. 19. per Mosen.

Et sepulta postea in Sichem. Jos. 24. v. 32. vbi habitauerat olim Jacobus, Gen. 33. v. 19.

Quæ huius mandati causa, fuerit, paucis explicatur. Hebr. 11. vers. 22. Per fidem hoc esse factum. Hoc autem vult:

1. Josephum credidisse Deo, quod posteros sit introducturus in terram promissam. Ideoque symboli loco ossa sua illuc transportari mandat. Das soll das Wortzeichen seyn/das er nicht zweiffelt.

2. Josephus sic testatur fidem de resurrectione mortuorum, & vult resurgere cum patribus in Chanaan.

Plures rationes huius sepulturæ vide supra in Dispositione Thematæ VII. Atque eundem etiam, qui ibi in fine additus est, huc refer Locum Communem.

FINIS.

THEMA X. & XI.

Ex Num. 20. & 27.

De morte Aharonis & Mosi.

Dispositionem horum Thematum, vide supra in prima parte Promptuarii Exequalis, Classe I. Num. I. & III. pag. 1. & 9. Sequitur ergo

THE-